ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 36r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Apud Statium pectorq; inuersis obicit fumancia
muris Et iterum fontibus intentos abicit monstrat
q; cruorem Atq; alibi Abijcit attonite tectorum
culmine sumo. Conijcio q; per duplex i scribi
quintiliano placet. In et con quando componuntur
cum dictionibus ab l. k. vel m. incipientibus n in
sequentem litteram mutant et geminat ut ludo
illudo colludo. kuo. irruo. corruo. muto
immuto commuto. mitto immitto comitto
Est autem con preposicio inseparabilis que non
inuenitur nisi in compositione et quando dic
tioni sociatur que uocalem vel aspiracionem
habet in principio. Amittit enim ut coerceo
coherceo cohortor. fallit in hoc uerbo co
medo composito ex con et edo ubi propter
consonanciam meliorem non abijcitur n. sed
mutatur in m.

De sub et ob preposicionibus

Sub et ob. Si dictionibus iuncte fuerint
ab r. p. c. g. f. vel m. incipientibus in
sequentem consonantem b mutare consueuerunt
geminacionemq; facere ut succurro occurro
succido occido succumbo occumbo succino
occino sufficio officio suggero summitto
ommutesco suppono oppono surripio Ab
his tamen excipienda sunt aufero aufugio
in quibus b mutatur in u Item ob rogo ob
rado obrodo in quibus b manet integra
Sub si uerbo quatio adiungatur b mutat in c
fitq; succquatio Item omitto non ommitto